



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 110. Infaustum Adriani Cornetani Cardinalis fatum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

*Sæcul. XVI. cælum evolent: id enim potius relinquendum  
A.C. 1518 est Deo, qui thesaurum Ecclesiæ ejusmodi  
animabus applicatum, prout ipse vult, ac-  
ceptat. Hæc propositio (ita declarat ea-  
dem Facultas) est vera, Doctoribus divi-  
ni, & humani juris consona, pietatem fo-  
vens fidelium, & tenori Bullæ Cruciatæ  
*Dupin. Bibl. non aduersa. „ Hac via, inquit Dupi-  
Script. Eccl. „ nus, Parisiensis Facultas Theologica  
t. 13. Sæcul. „ XVI. p. 211. „ prudenti remedio obviabat Scandalo,  
„ quod indulgentiarum abusus eo tempo-  
„ re inducebant, quo Lutherus sub cor-  
„ ruptelæ obtentu illas damnare, atque  
„ adversus eas tumultuari ausus est. „**

## §. CX.

*Infaustum Adriani Cornetani Cardi-  
nalis fatum.*

**C**ardinalem Adrianum Cornetanum cum Petruccio in Leonis Papæ vi- tam conspirasse supra meminimus; hic quidem obtinuit delicti sui veniam a summo Pontifice, ea tamen lege, ut decem aureorum millia multæ nomine penderet: Adrianus autem veritus, ne Papa hac poena haud contentus con-cessam vitæ gratiam revocaret, ineunte hoc anno aliena Messoris veste indutus noctu Roma excessit, qua tamen via, & ad quem locum sese receperit, igno- ratur, nec illo abhinc tempore, quæ fata

sata tulerit, unquam explorari poterat. Sæcul. XVI.  
A.C. 1518.  
 Ecquidem Pierius Valerianus, qui sub annum Domini millesimum quingentesimum trigesimum quartum suos commen-  
 tarios conscripsit, testatur, increuisse famam, hunc Cardinalem a suo famulo  
 fuisse trucidatum, ut is auro, quod ejus interiori tunicæ assutum noverat, poti-  
 retur. Pater Oldoinus tamen refert,  
*Adrianum, postquam a Leone Papa purpu-  
 ra suisque beneficiis spoliatus esset, necis me- P. Oldoin.  
 tu perterritum in Traciam Constantinopo- Athen. Rom.  
 lim usque fugisse, ibique obscurum, ac la-  
 tentem clausisse diem extremum.* Primus omnium memoria nostra fuit Adrianus,  
 qui post Ciceronis sæculum suis scriptis *Paul. Nov.*  
 ad latini sermonis puritatem mortales ex- *in vita Leon.*  
 citavit: cum enim Oratorum Principem X.  
 crebro pervolveret, circa latinitatis per-  
 fectionem elegantissima quæque inde hauserat, quæ postea in suo transalpino recessu in unum tractatum congesta in *Guicc. l. 13.*  
 lucem edidit, atque *de sermone latino in-*  
*scriptum Carolo Archiduci adhucdum*  
*juveni nuncupavit.* Hoc opus ut perficeret, latinam veteris Testamenti ver-  
 sionem, quam inchoaverat, interrupit:  
*Præterea scripsit librum de vera Philo-*  
*phia Anno millesimo quingentesimo qua-*  
*dragesimo octavo Coloniensibus literis*  
*excusum.*

## §. CXI.